





Quòd benè vertat Sacrosancta Trinitas.

P. E. 19.

19
DISSERTATIO IURIDICA

DE

Pr. 8. num. 18.

USU FRUCTU, ¹⁸

Quam

*Ex permisso & auctoritate Magnifici Dn. Ordinarij
Amplissimæq; Facultatis Juridicæ in celeberrimâ
Academiâ Lipsiensi.*

1618, 2

PRÆSIDENTE

Amplissimo & consultissimo Viro,

691 P. 189
Dn. IOHANNNE CURTIO,

Philosophiæ, & I. U. D. Professore Publico ac

Facultatis Juridicæ Assessore longè dignissimo

Præceptore & promotore suo ætatem
honorando,

Publicè defendere conabitur

HIEREMIAS BLUEMSTENGEL

Cizensis Misnicus,

*Ad diem 24. Aprilis, horâ 7. matutinâ in
publico Ictorum auditorio.*

LIPSIÆ

Imprimebat LAURENTIUS COBER,

Anno 1618.



Magnifico, Amplissimo & Consultif-
simo Viro,

*Dn. JOANNI TIMÆO, Jcto eximio, Episcopatus
Numburgensis & Cizensis Cancellario gravissimo, Asses-
sori Judicij Eectoralis Appellationum Supremi, quod est Dresda,
spectatissimo.*

Item

Reverendo, clarissimo atq; Excellentissimo
Viro,

*Dn. ERHARTO LAUTERBACHIO, S.S. Theol.
Doctore, ejusdem Episcopatus Numburgensis Ciza Superin-
tendenti ut vigilantissimo ita fidelissimo.*

Ut &

Clarissimis, Consultissimis atq; Excellentissimis Viris
*Dn. GEORGIO MYLIO Philosophia & U. J. D.
Academia Jenensis Laudatissima Syndico, & inibi curia
provincialis Advocato meritissimo,*

Et

*Dn. BERNHARDO BERTRAM U. J. D. ac Asses-
sori Illustrissimi Elect, Saxon. Judicij Provincialis Lipsia
meritissimo.*

Nec non

Præstantissimo ac prudentissimo Viro,

*Dn. HIEREMIAE BLUEMSTENGEL inclyta Reipubli-
cae Cizensis Consuli dignissimo,*

*Dominis meis, Patronis, Meccenatibus, affini, parenti, &
promotoribus, omni observantia cultu aviter-*

*num prosequendis, suspiciendis,
Hasc positiones de usufructu legales.*

In debita observantia argumentum,

Grati animi τεκμήριον,

studiorumq; σύμβολον.

officiosissime offert,

dedicat, consecrat.

Autor, Respondens.



Positio I.

Usus fructus duobus modis iu jure considera-
tur, vel quatenus cum suâ causâ, hoc est, pro-
prietate est conjunctus, illamq, perpetuò
comitatur (a) vel ab eâdem est sejunctus, & servitu-
tis speciem constituit (b) Quorum hunc Doctores
vocant formalem: illum verò causalem (c).

(a) l. si ita stipulatus. 126. §. Titius 1. ubi Duaren. ff. de V. O. l. si cum ar-
gentum. 21. §. si fundum. 3. ff. de except. rei judic. l. si à reo 70. §. si reo. 2.
ff. de fideiussoribus (b) tot. tit. ff. C. & Instit. de usufr. Qui quidem
usufructus propriè fundi seu domini pars non est. l. Mavius :
66. §. fundo. 6 ff. de legat. 2. l. rectè 25. ff. de V. S. l. & per jusjurandum.
13. §. illud certum. 2. ff. de acceptilat. Quia tamen omne emolumen-
tum fundi continet, est instar partis domini, l. cum filius. 76. §.
dominus. 2. ff. de legat. 2. Hem parti similis l. qui usum fructum. 58. ff. de V.
O. ubi Cujac. & in l. si unus : 27. item si pactus. 8. ff. de pact. Ac proinde
fundo legato vel promisso, etiam usus fructus, tametsi alienus,
præstandus est. d. l. Mavius. 66. §. 6. & d. l. cum filius. 76. §. 2. ff. de
legat. 2. Et cum uni legatur vel promittitur fundus; alteri usus-
fructus, ambo in usufructu concurrunt. l. si tibi decem 6. ff. de usufr.
ear. rer. quæ usu consum. l. idem Neratius. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de usufr. ac-
cres. l. si alij fundum 19. ff. de usufr. legat. Unde in multis casibus do-
minij effectum hujusmodi usufructus obtinet. l. usufructus 4. ff.
de usufr. & usufructuarius pro domino habetur. l. in venditionem 8.
in pr. ff. de reb. autorit. jud. possid. (c) Marant. in repetit. in l. is qui potest.
n. 212. ff. de Acquir. heredit. VVesenb. in par. n. 4. ff. de usus. Gomes. tom. 2.
var. resol. c. 15. n. 2. & 3. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 9. & seq. & p. 3. n. 3. & seqq.
C. de bon. matern. Faber Mynsing. & Schneid. in pr. Instit. de usufr. Sed nos
priori illo relicto, de posteriori saltem in hisce positionibus a-
gemus.

A 2

Posi-

Positio II.

Definitur autem ususfructus hoc modo consideratus (a) quòd sit jus rebus alienis (b) utendi fruendi (c) salvâ earum substantiâ, (d)

(a) in pr. Instit. de usufr. l. 1. ff. eod. Donell. lib. 10. Comment. c. 2. VVe-
senb. in par. n. 5. ff. de usufr. (b) Ususfructus enim cum sit servitus,
in rebus alienis consistat necesse est. Res etenim sua nemini ser-
vit l. utifru. 5. in pr. ff. si usufr. pet. l. in re. 26. ff. de S. U. P. l. cum essent.
33. in f. ff. de S. R. P. l. quicquid. 10. ff. Comm. præd. l. si cum argentum. 21.
§. si fundum. 3. ff. de except. rei judic. (c) Quibus verbis ususfructus le-
jungitur à cæteris servitutibus omnibus. In servitutibus enim
prædialibus non utimur nec fruimur re ipsâ, sed utimur dunta-
xat servitute, quæ rei inhæret, ac proinde etiam res, quæ servitu-
tem prædialem debet, nobis non traditur, sicuti fit in usufructu &
usu. In usu verò non fruimur, sed saltem utimur. Hinc ususfructus
regulariter sine usu esse nequit: Usus verò sine usufructu esse pot-
est l. per servum. 14. §. 1. ff. de usu & habitat. Cujac. lib. 8. observ. c. 9. in f.
& lib. 22. obs. 35. Vult. ad pr. Instit. de usufr. n. 12. (d) Quæ verba mo-
dum non tantum utendi fruendi sed etiam usumfructum amit-
tendi denotant. Ususfructuarius enim ita debet utifrui re fructu-
ariâ, ut salva & integra maneat ejusdem substantia, & dominus
sit securus. de proprietate. l. si cuius 13. in pr. & §. fructuarius 4.
& §. sed si adium. 7. l. sed si quid 15. §. 4. cum §. seqq. l. sed cum fru-
ctuarius 65. ff. de usufr. Extinguitur verò & amittitur ususfructus
interitu rei seu corporis in quo constitutus fuit. l. est enim 2. ff. de
usufr. l. repeti 5. §. 2. ff. quibus mod. usufr. amitt. & text. in pr. Instit.
h. r.

Positio III.

Estq; ususfructus vel verus, sive proprius: vel
quasi sive improprius. Proprius est, qui constituitur
in rebus, quæ usu non consumuntur, sed quarum
salva & integra post usum fructum manet substan-
tia. Et consistit hic ususfructus non tantum in re-
bus

bus immobilibus, veluti in fundo & ædibus: sed etiam mobilibus tam animatis quam inanimatis, ut servis, jumentis, nave, & id genus alijs.

§. Constituitur. 2. Instit. de usufr. l. omnium. 3. §. 1. l. usufructu. 7. §. rei soli. 1. l. arboribus. 12. §. navis. 1. l. sed si quid 15. §. mancipiorum. 1. l. numismatum 28. l. statua. 71. & l. vetus. 68. §. 1. & 2. ff. eod. And. Gail lib. 2. obs. 46. n. 1. & 2.

Positio IV.

Improprius est, qui in ijs constituitur rebus, quæ utendo consumuntur, vel minuuntur (a) veluti sunt, vinum, oleum, frumentum (b) vestimenta (c) pecunia numerata (d) lana, aromata (e) & in genere omnes res fungibiles, quæ in cujusq; patrimonio existunt (f)

(a) §. constituitur. 2. Instit. de usufr. & tot. tit. ff. de usufr. ear. rer. que usu consum. Hæ etenim res neq; naturali neq; civili ratione verum usum fructum recipiunt Non naturali: quia usus fructus natura hæc est, ut rebus alienis utamur fruamur salvâ illarum substantiâ, supra posit. 2. Rebus autem, quæ usu consumuntur, ita uti & frui non possumus, ut salva earundem maneat substantia, ac proinde etiâ earum proprietas ad usufructuarium transfertur text. d. §. constituitur. 2. vers. Itaq; si pecuniæ & vers. cæteræ quoq; Instit. de usufruct. l. si vini. 7. & l. ult. ff. de usufr. ear. rer. que usu consum. Non civili: quia in vero usu fructu recepta est cautio, quâ cavet usufructuarius, se post usum fr. finitum rem restitutum esse. l. 1. ff. usufructuar. quemadm. cav. Cautioem autem talem in re consumptâ præstare non potest. Senatus consulto tamen est effectum, ut earum quoq; rerum non proprius quidem, sed quasi usus fructus per cautionis remediû constitueretur d. §. 2. Instit. d. tit. l. 1. & l. 2. ff. de usufr. ear. rer. que usu consum. Idq; utilitatis causâ, ut nempe hominum voluntates fortiantur effectum d. §. 2. vers. sed utilitatis causâ Instit. d. tit. (b) d. §. constituitur. d. tit. l. si vini 7. ff. de usufr. ear. rer. que usu consum. (c) Distinguendum tamen inter vestes quotidiana-

nas, quæ ipso usu consumuntur? & inter eas quarum usus est per-
ratus & quæ potius tempore, quàm usu perduntur, veluti sunt
vestes Scænicæ, lugubres & similes. In illis enim constituitur qua-
si usufructus *d. §. constituitur 2. Instit. d. tit.* In his autem ad exem-
plum navis, jumentorum & similibus, verus usufructus *l. sed si
quid 15. §. 4. cum §. seq. ff. de usufr. l. si usufructus 9. §. pen. ff. usufruct.
quemadm. cav. Dn. Arum. Exercit. Justinian. 5. th. 18. Förster di-
sp. 8. th. 7. Hilliger in Donello Enucl. lib. 10. c. 4. sublit. B. Dissentit Donoll.
d. l. 10. c. 4 (d)* Licet enim hæc non planè consumatur usu, ut cæteræ
res, respectu tamen utentis, qui alienando eam possidere desinit,
atq; ita effectu inspecto quodammodo extingui videtur §. consti-
tuitur 2. vers. quibus proxima est pecunia numerata, *Instit. de
usufr. l. hoc scdm. §. §. si pecunia. 1. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. (e)
l. si lan. 11. ff. eod. (f) l. 1. §. tot. tit. ff. d. t.*

Positio V.

Constituitur autem usus fructus vel ipso jure: vel
facto hominum: Ipso jure, veluti patri ad tempus
vitæ in bonis adventitijs filijfam. (a) in bonis libe-
rorum emancipatorum pro dimidiâ parte (b) mu-
lieri transeunti ad secundas nuptias, in bonis à pri-
ori marito profectis, sive hujusmodi bona mulier
fuerit assecuta immeditatè à marito, sive ex legitimâ
filij prioris matrimonij successione (c) Facto ho-
minum constituitur usus fructus vel autoritate ju-
dicis: vel hominis privati actu & dispositione. Au-
toritate & facto judicis, veluti si in judicijs divisori-
js, familiæ Erciscundæ, communi dividundo, judex
uni proprietatem, alteri usumfructum per senten-
tiam adjudicaverit (d) Actu hominis privati, vel in-
ter

ter vivos, veluti stipulationibus, donationibus, pa-
ctationibus, contractibus in continenti adjectis (e)
vel in ultimis voluntatibus, utpotè in testamentis
vel Codicillis (f)

(a) l. 1. & 2. C. de bon. matern. l. constitutiones. 2. l. quaecunq. 4. l. cum
oportet. 6. cum l. fin. C. de bon. qua. liber. §. 1. Instit. per quas person. cuiq. ac-
quir. De consuetudine verò harum terrarum eousq. saltem com-
petit patri usufructus, donec liberi adolecant, & se à patre sepa-
rent, constit. Elector. 10. p. 2. Fachs: lib. 1. differ. 19. Reinhard. lib. 2. p. 1.
differ. 36. & p. 6. differ. 44. Usufructus tamen rerum ab aliquo
parentum filijsfam. relictarum patri per illum parentem auferri
potest non tantum expressè, sed etiam tacitè, Auth. Excipitur. C.
de bon. qua. liber. Nov. 117. c. 1. Heig. p. 2. q. 12. Daniel Moller lib. 2. Semestr.
6. 26. (b) §. 2. Instit. per quas person. cuiq. acquir. d. l. cum oportet 6. §.
cum enim 3. C. de bon. qua. liber. (c) l. femina. 3. & authenticis seqq. C. de
secund. nupt. l. mater. 5. C. ad Sctm. Tertyllian. Nov. 22. c. 46. §. si autem in-
testatus. 2. Mulier etenim per transitum ad secunda vota cense-
tur & memoriam prioris mariti abjecisse, & liberorum charita-
tem deposuisse, atq. in his omnibus gravem injuriam intulisse
Nov.: 2. c. 1. et d. Nov. 22. c. 26. & c. 40. Harpr. ad §. 1. instit. de usufr. n. 44.
& n. seq. (d) l. usufructus. 6. §. constituitur. 1. ff. de usufr. l. & puto 16.
§. Julianus ait 1. ff. famil. Erisc. l. si quis putans. 6. §. 10. ff. Comm. divid.
(e) §. usufructus. 1. Instit. de usuf. l. omnium. 3. in pr. ff. eod. l. usufructus. 4.
C. eod. l. in edibus 9. §. ex rebus donatis. 1. ff. de donat. Paul lib. 3. recept. sen-
tent. tit. 6. §. usufructus. 17. (f) d. §. 1. Instit. de usufr. & d. l. 3. & l. usus-
fructus. 6. in pr. ff. eod. l. usufr. 69. ff. ad l. Falcid. & tot. tit. ff. de usufruct.
legat.

Positio VI.

An verò patri in feudalibus quoquè bo-
nis filij adhuc viventis ipso jure constitua-
tur usufructus, non inconvenienter hîc quæri
potest

potest? Nos sententiæ negativæ, utpote veriori sub-
scribimus.

Ratio 1. est: quia feuda, cum ut plurimum militiæ contempla-
tione dentur *lib. 2. feud. tit. 7. vers. & si scivero. jure castrensis peculij*
censentur. In hujusmodi autem peculio patri ususfructus à jure
non constituitur. *l. ex nota. 10. ff. de Castr. pecul. l. 1. l. errat. 3. cum l. seq.*
C. eod. l. cum oportet. 6. §. cum autem 3. C. de bon. quæ liber. In hujusmo-
di namq; peculio filius fam. jus & vicem patrisfam. obtinet *l. usq;*
2. ff. ad Sctum Macedon. l. ult. §. fin. C. eod. Corras. lib. 2. Miscellan. c. 4. n.
3. Ratio 2. Quia bona feudalia bonis allodialibus, in quibus pater
habet ususfructum opponuntur tanquam contrariæ spe-
cies *lib. 2. feud. tit. 26. §. inter filiam 1.* Ratio 3. Quia pater non suc-
cedit filio defuncto in bonis ejusdem feudalibus *lib. 2. feud. tit.*
50. Multò ergò minus habebit ususfructum in bonis filij adhuc
viventis. Negato enim genere, negantur quoq; species; Ratio
4. Quia inter dominum & vasallum convenisse videtur, ut usus-
fructus rei feudalis ita ad vasallum accipientem transeat, ut ad e-
um heredesq; ipsius in perpetuum pertineat, *lib. 2. feud. tit. 23. c.*
un. in fin. Vult. lib. 1. feud. c. 4. n. 8. Magnificus Dn. Ordinarius, Leo-
poldus Hackelmannus præceptor & promotor meus observan-
dus *disp. illustr. qq. 8. Coroll. 1. Förster. lib. 2. disp. 8. th. 5. Borcholt de feud.*
c. 5. n. 48. VVesenb. de feud. c. 5. n. 4. Bronch. cent. 2. miscell. controuv. aff. 83.
Dn. Arum. disput. feud. 3. th. 39. Harpr. ad §. 1. Inst. de usufr. n. 31. & seqq.
Dissentiunt Curtius Junior in tract. feud. p. 3. memb. 2. n. 46. Niell. disput.
feud. 2. th. 5. Schneid. de feud. p. 6. n. 11. Fachin. lib. 7. controuv. c. 77.

Positio VII.

Constituitur porrò & acquiritur ususfructus jure
novo etiam præscriptione longitemporis, decem
annis inter præsentis & viginti inter absentes (a).
Acquiritur autem non solum per nosmetipsos; sed
etiam per eas personas, quas juri nostro subjectas
habemus (b) veluti per servos (c) & filios fami-
lias (d)

(a) l. ult.

(a) l. ult. in fin. verb. usufructus C. de prescript. long. temp. V. V. in par. ff. de usufr. accresc. n. 1. Schneid. ad §. 1. n. 4. Instit. de usufr. (b) l. usufr. 6. §. aquiritur. 2. ff. de usufr. (c) l. si seruo. 18. ff. quib. mod. usufr. amit. l. un. §. dies autem 2. ff. quando dies usufr. leg. cedit. (d) d. l. cum oportet. 6. C. de bon. qua. liber. tot. tit. Instit. per quas person. cuiq. acquir.

Positio VIII.

Inter usufructarios, qui in ultimâ voluntate conjunguntur, locum habere jus accrescendi, minimè dubitanter asserimus.

l. 1. in pr. & §. interdum 3. l. Idem Neratius. 3. ff. de usufr. accresc. l. si Titio. 33. ff. de usufr. l. si ex pluribus 9. ff. de suis & legit. hered. l. si duobus. 12. in pr. ff. de bon. possess. contr. tab. §. si eadem res 8. Instit. de legat. Nec refert. 1. An totius rei usufructus pluribus sit relictus conjunctim an verò separatim, textus in d. l. 1. in pr. & §. interdum 3. ff. de usufr. accresc. l. conjunctim 80. ff. de legat. 3. Si tamen partis saltem rei usufructus unicuiq; Usufructuarius disjunctim sit relictus, jus accrescendi cessat d. l. 1. in pr. & d. l. 3. ff. de usufr. accresc. Ad proprietarium ergò portio usufructus extincti revertitur. l. idem 6. §. 1. ff. d. 1. §. fin. Instit. de usufr. 2. An is, cui accrescit portio vacans, partem agnoverit, an non: Et an partem agnitam & acquisitam adhuc habeat, an eandem amiserit. d. l. 1. §. interdum. 3. l. idem Neratius 3. l. interdum. 10. ff. de usufr. accresc. l. si Titio 33. §. 1. ff. de usufr. Donell. lib. 10. c. 23. Ratio 1. est: quia usufructus singulis in solidum legatus intelligitur d. l. 1. §. 3. & d. l. 3. ff. de usufr. accresc. Portio ergò deficiens accrescit etiam ei, qui partem suam vel repudiavit, vel semel agnitam amisit. Ratio 2. quia Usufructus, cum in factu personæ consistat, non portioni, sed personæ accrescit d. l. 1. si Titio. in fin. ff. de usufr. l. & an eadem. 14. §. 1. ff. de Except. rei judic. Sicuti ex diverso proprietatis pars non personæ, sed portioni, sicuti alluvio accrescit d. l. si Titio 33. in f. ff. d. t. Dn. Sævius in Eleganti tract. de Jure accresc. lib. 1. c. 4. 3. An usufructus semel utriq; quisitus postea ab uno sit amissus. d. l. 1. §. 1. & §. 3. ff. de usufr. accresc. Et in eo vicissim differt usufructus à proprietate. Hujus enim pars semel ab uno collegatorum acquisita & postea amissa, alteri collegatario non accrescit

B

creciscit

crescit. d. l. 1. §. 3. ff. d. t. l. & Proculo 20. ff. de leg. 2. Ratio differentiæ est: quia usufructus utriq; in solidum quotidie constituitur & legatur: Proprietas verò semel quæ sita eo solummodo legatur tempore quo vindicari potest, hoc est, quo neutri quæ sita est d. l. 1. §. ff. de usufr. accresc. 3. Usufr. enim in facto fruētis consistit, & multiplex, & dierum singulorum, & quoties quis fruitur, toties usufructus constitui & legari dicitur, d. l. 1. §. 3. Proprietas verò unius rei una est, & partibus concursu factis, neutri in solidum legata dicitur d. l. & Proculo 20. ff. de leg. 2. & l. 80. ff. de leg. 3. Don. lib. 23. Comm. 6. 23. Duar. lib. 1. de Jur. a tr. sc. c. 21.

Positio IX.

Cæterum usufructu sic constituto, æquissimum est prætori visum, ut usufructuarius, antequam utatur fruatur, cautionem fidejussoriam proprietario præstet (a) Quæ si usufructus in ijs est constitutus rebus, quæ usu non consumuntur, duo continet capita, quorum unum est, ut caveat, se re fructuariâ usurum esse arbitrio boni viri, id est, se usufructus causam non esse redditurum deteriore, cæteraq; facturum, quæ in re suâ diligens paterfamilias faceret (b) Alterum, se finito usufructu rem proprietario servam & integram restitutum esse (c).

(a) Est enim hæc cautio prætoriam. l. si. cuius rei 13. in pr. ff. de usufr. l. 1. in pr. ff. usufr. quemadm. cav. Goedd. in tr. de contrah. & committ. stipulat. c. 5. conclus. 19. n. 287. & duobus seqq. Prætoriam autem cautionis natura est, ut fiat tantum fidejussoribus l. prætoriam 7. ff. de Prætor. stipul. stipulationes namq; prætoriam formam & legem à prætore accipiunt, ijsq; nihil immutare licet vel addendo vel detrahendo l. in conventionalibus 52. ff. de V. O. Deinde quia cautio ab usufructuario præstanda, vocatur satisfactio d. l. 13. ff. de usufr. l. usufr. 4. C. eod. l. & si usufructus. 7. ff. usufruct. quemadm. cav. l. tribus. 8. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. Hæc autem non nisi fidejussoribus expediri potest

potest d.l. pratoria. 7. ff. de Prætor. stipul. l. 1. & tot. tit. ff. qui satid. cog.
Gail. lib. 2. obs. 47. n. 1, & seqq. Donell. lib. 10. Comm. c. 14. Gædd. in d. tr. c.
5. concl. 21. n. 298. & seqq. Magnificus Dn. Ordinarius Leopoldus Ha-
ckelmannus præceptor & prom. meus observandus in quæst. il-
lust. disp. 7. th. 8. lit. b. Dn. Arum. disput. pandect. 14. th. 9. & exercit. Justin.
5. th. 10. Treutl. p. 1. disp. 16. th. 5. lit. a (b) l. item si 9. in pr. & §. 2. l. si cuius
rei 13. in pr. & §. fructuarius. 4. & l. cum fructuarius 64. ff. de usufr. l. 1. &
tot. tit. ff. usufruct quemadm. cav. l. usufructu. 4. C. de usufruct (c) d. l. 1. in
pr. & §. habet autem 6. ff. usufr. quemadm. cav. l. si non fin. ff. si cui plus, quam
per leg. Falcid. Gail. lib. 2. obs. 46. n. 2.

Positio X.

Cautionem autem, huiusmodi regulariter præ-
stare tenetur fructuarius quivis, quocunq; etiam
modo ipsi sit constitutus usufructus, sive lege, sive
testamento, sive pactionibus, sive à iudicè, vel et-
iam usucapione acquisitus.

l. si cuius 13. in pr. & §. 1. ff. de usufr. l. 1. in pr. & §. seqq. & l. si usufr. 9. §.
illud 1. ff. usufruct. quemadm. cav. l. Si quis usum fructum 29. ff. de usufr. leg.
l. 1. & l. 4. C. eod. Unde nec etiam personæ dilectissimæ, veluti ma-
ritus, uxor, & liberi: quibus usufructus est constitutus, ab hac cau-
tione sunt immunes d. l. 1. C. de usufr. l. usu. 11. ff. usufr. quemadm. cav. l. hac
edictali. 6. §. 1. C. de secund. nupt. Quemadmodum nec etiam is, qui
retento usufructu bona sua alteri donavit, per d. l. 13. ff. de usufr. & l. 1.
§. 2. in f. ff. usufr. quemadm. cav. & d. l. 4. C. d. t. Harprecht ad §. constituitur.
2. n. 178. & seqq. Instit. de usufr. Excipitur tamen 1. pater, qui usum
fructum habet in bonis adventitijs liberorum, l. fin. §. sin autem 4.
vers. hoc procul dubio C. de bon. que liber. 2. Is cui usufructus pure,
proprietas verò sub conditione est legata, cum certum sit, ad
eum vel heredem perventuram proprietatem l. si usufructus. 9. §.
2. ff. usufr. quemadm. cav. 3. Fiscus l. 1. §. 18. ff. ut legat. seu fideicom. caus.
cav. Fiscus enim semper dives præsumitur. l. si maritus. 2. §. 1. ff. de
fund. dotal. Schneid. in pr. Instit. n. 11. & 12. de usufr.

Positio. XI.

Sed quæstionis est non usq; ad eò expeditæ, an is, qui vel ob paupertatem, vel aliam difficultatem idoneos fidejussores invenire non possit, heres autem scriptus ab eodem cautionem exigat, usu fructu sit privandus, an verò æquitatis ratione habitâ ad juratoriam cautionem admittendus? Nos posterius hoc affirmamus, modò usufructuarius ille sit honestæ vitæ & integræ famæ.

Argumentum auth. generaliter C. de Episcop. & Cleric. Nov. 112. c. 2. Auth. cui relictum. C. de indict. viduit: toll. sed hodie Inst. de satisf. dat. Gail. lib. 2. obs. 47. n. 8. VVesenb. in par. ff. usufruct. quem adm. cav. Fachin. lib. 8. controu. c. 40. Myns. cent. 6. obs. 48. M. Dn. ordin. Hackelmannus præe. & prom. ill. quæst. disp. 7. th. 8. lit. c. De tribus ergò jurare tenetur Usufructuarius iste 1. quòd summâ diligentiam adhibitâ fidejussores reperire non potuerit. 2. Quòd ab itrio bonj viri usufructuaria sit usus fructurus. 3. Quòd finito usufructu rem fructuariam sit restitutus, per leges jam adductas & Dd. allegatos.

Positio XII.

Potest tamen cautio Usufructuaria ab herede, vel alio proprietario ipsi usufructuario remitti (a) non verò à testatore, qui usum fructum reliquit. (b).

(a) Est enim hæc cautio in gratiam & favorem proprietarij inventa & introducta, ut nempe ipsi salva maneat rei usufructuaria substantia, per jura in posit. 9. & 10. adducta. Cui libet autem favori pro se introducto renunciare integrum est. l. 51. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. l. 1. ff. si quis in jus vocat. non ierit l. convenerit 18. ff. de

ff. de iurisdic. omn. iudic. c. significasti. 18. X. de for. compet. Gail. lib. 2. obs.
116. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 75. in f. & n. seq. Fachin. lib. 8. contr. c. 42.
Hic apparet, hanc cautionem non esse de substantiâ veri. usufru-
ctus, hoc est, non ad eò necessariò requiri, ut sine hac usufru-
ctus non subsistat. Et facit l. hoc scdm. §. 1. ff. de usufruct. ear. rer.
que usu consum. l. 2. §. 1. ff. quod legat. l. 1. §. 1. ff. Ut in possess. leg. vel fi-
dei commiss. serv. caus. esse lic. gl. in l. usufructu. 4. in verb. boni C. de usufr.
& §. 1. Instit. eod. Gail. lib. 2. obs. 46. n. 1. Harprecht ad §. 2. n. 15. Instit.
de usufr. (b) l. 1. ubi Gothofr. C. de usufruct. l. scire debetis. 7. C. ut in possess.
legat. p. l. pecunia. 6. ff. eod. Forster. disp. 8. th. 6. lib. 2.

Positio XIII.

Hinc non incommodè quæritur, utrum usu-
fructuarius in præstitam cautionem delinquens,
dum videlicet re fructuariâ boni viri arbitrato non
utitur, Sed eandem deteriolem reddit, statim omne
jus utendi fruendi amittat, an verò ad interesse tan-
tùm teneatur?

Nos posterius juri magis congruum judicamus per l. si cuius. 13.
§. 2. l. sed si quid. 15. §. 3. l. cum usufructuario. 66. ff. de usufr. l. 1. §. 5. & §.
seq. ff. usufr. quemadm. cav. VVesenb. in. par. ff. quibus. mod. usufr. amitt.
n. 8. Menoch. verò lib. 2. arbitr. jud. quest. c. 78. n. 2. & 6. iudicis arbi-
trio committendum relinquit, an magna sit deterioratio nec
ne? Quæ sententia nobis non displicet. Dis. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 60.
C. de bon. matern.

Positio XIV.

Porrò disceptant inter se Dd. num usufructua-
rius, quia ante præstitam Satisfactionem rei fru-
ctuariæ possessionem est nactus, fructus inte-
rim perceptos lucretur & suos faciat, nec ne?
Nos cum communi Dd. Scholâ distinguen-
dum esse censemus, utrum sciente & permittente

B 3

here

herede possessionem usufructuarius fuerit adeptus:
an verò malâ fide, aut invito vel incio herede. Pri-
mo casu fructus perceptos absq; dubio suos facit
(a) non verò casu posteriori (b)

(a) Sufficit enim si per usufructuarium non steterit, quò mi-
nus cautum fuerit, argum. l. 2. § 1. ff. quorum legat. l. peto. 69. § 3. ff. de
legat. 2. l. 1. § 1. ff. ut in possess. legat. l. si quis 5. § 1. ff. de collat. bonor.
Gail. libr. 2. obs. 46. & lib. 1. de pac. publ. c. 11. num. 29. Myns. cent. 1. obs. 6.
n. 3. Pinell. l. 1. in pr. p. 2. n. 77. C. de bon. matern. VVesenb. p. 2. consil. 91. n.
14. (b) per l. uxori 24. ff. de usufr. leg. l. hac edictali 6. § 1. C. de secund. nupt.
Gail. d. obs. 46. n. 7.

Positio XV.

Licet autem omnes omninò fructus tam natura-
les, quàm industriales & civiles, tam extantes quàm
consumpti ad usufructuarium pertineant (a) Ipse
tamen non aliter horum fit dominus, quàm si vel i-
pse vel alius ejudem nomine illos perceperit. Unde
licet maturis fructibus, nondum tamen à solo sepa-
ratis & perceptis decesserit, fructus isti ad hæredes
illius non pertinent, sed domino proprietatis acqui-
runtur (b)

(a) l. usufructu. 7. in pr. & §§. seqq. l. item si fundi. 9. per tot. cum. l. seq. l.
si cuius rei 13 § 5. aliàs incipit si usufructus 16. l. arbores. 59. § 1. l.
usufructuarius 62. ff. de usufr. Donell. lib. 10. Comm. c. 8. (b) §. is verò ad
quem Instit. de rer. divis. l. si usufructuarius 13. ff. quibus mod. usufruct. amitt.
l. arboribus 12. in fin. & l. non uritur. 38. ff. de usufr. l. qui scit. 25. § 1. versic.
præterea ff. de usur. l. in singulos 8. ff. de ann. legat. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 24.
n. 16. & seqq. Schurff. cent. 3. consil. 40. Richard. consil. 52. vol. 2. Ratio 1. est:
quia usufructus est jus personale, ac proinde unâ cum personâ, cui
hoc jus fuit constitutum, extinguitur & finitur Instit. de usufruct. 2
Ratio.

Ratio: quia fructus pendentes, etiam maturi, pars fundi censentur l. 44. ff. de Rei vindic. l. Julianus 13. § 10. ff. de Actionibus Empt. l. qui fundum. 40. §. 4. ff. de contrah. Empt. l. fin §. 4. ff. quæ in fraud. credit. Harprecht. ad §. 2 n. 83. & seqq. Instit. de usufr. §. 3 Ratio quia si fur fructus maturos pendentes decerpserit, vel desecnerit, conditio furtiva non ipsi fructuario sed proprietario conceditur d. l. 12. §. 5. ff. de usufr. Dissentit. Cuiac. in tr. feud. lib. 4. tit. 30. & in Comm. ad l. un. §. 9. C. de rei uct. & r. act. qui eam iniri vult rationem, quæ servatur inter maritum & uxorem, ut scilicet fructus pendentes pro rata temporis præteriti, quo usufructus constitit, inter heredes fructuarij & proprietarium dividantur per l. dotis. 7. ff. de jur. tot. l. usufrui 5. §. 4. ff. si usufr. pet. Sed hujus sententiam & rationes refutant & rejiciunt Hartm. Pistor d. l. 1. q. 24. n. 20. & seqq. Donell lib. 10. Comm. c. 9. Harprecht. ad §. 2. n. 90. & seqq. Instit. de usufr. De Jure tamen Saxonico fructus industrialiæ rastro subacti etiam nondum percepti ad hæredes usufruarij transmittuntur, lib. 1. Landr. art. 58. & lib. 3 art. 76. Constit. Elect. 32 p. 3. Fachs. differ. 37. Zobel. p. 3. differ. 26. & seq. Coler. decis. 194. p. 1. Vesenb. in par. ff. quibus mod. usufr. amitt. n. 3 Schneidevv. ad §. is verò ad quem instit. de rer. divis. n. 3. & §. 2. n. 8. Instit. de usufr.

Positio XVI.

Frequens admodum, sed elegans est inter Dd. quæstio, num usufructuarius usum fructum seu jus utendi fruendi sibi in re alienâ constitutum, alteri locare, donare, vendere, vel alio titulo alienare possit? Sed negativa receptior & verior est, cui & nos subscribimus.

§. Finitur autem 3. ibi: cedendo extraneo nihil agitur, Instit. de usufr. l. si usufructus. 66. ff. de Jur. dot. Usufructus enim est jus solummodo personæ ipsius usufructuarij coherens, quod simul cum ejusdem personâ extinguitur l. 3. §. fin. ff. quibus mod. usufr. am. l. in singulos 8. ff. de ann. legat. l. si patri. 3. l. ambiguitatem 12. in pr. l. corruptionem. 16. in pr. C. de usufr. §. finitur Instit. eod. Utilitatem tamen istius juris personalis, seu fructuum percipiendorum commoditatem usufructu-

fructuarius alteri non tantum pignori vel hypothecæ dare locare, precario concedere; sed etiam vendendo & donando alienare & in dotem dare rectè potest *l. si is qui 11. § 2. ubi & Dd. ff. de pignor & hypoth. l. arboribus 12. § 2. l. si juris. 13. §. fin. l. sed si quid 15. §. 5. l. pendentes. 27. §. 1. l. non utitur 38. cum l. seq. ff. de usufr. l. usufructu. 57. ff. sol. matrim. & l. cum in fundo 78. ff. de Jur. dot. Magnificus Dn. Ordinarius Leop. Hackelman præcept. & prom. meus quæst. illust. disp. 7. th. 13. lit. b. Don. lib. 10. Comm. c. 8. & c. 19. Bronchorst. cent. 1. évaylio φαρών aff. 91. edit. 2.*

Positio XVII.

Servitute[m] etiam fundo imponere usufructuarius nequit (a) quod tamen Dominus proprietatis potest, modò conditio usus fructus inde non reddatur deterior. (b)

(a) Ratio 1. quia usufructuarius non potest fundo acquirere servitute[m] *l. si quis 6. in fin. ff. Comm. præd. l. Sed si quid 15. §. 7. ff. de usufr. §. idè autem 3. Instit. de Servit. præd.* Ergò multò minùs imponere, textus in dictis II. Servitute[m] enim prædio vel acquirere, vel imponere potest nemo, nisi prædij dominus sit *l. 1. §. 1. ff. Comm. præd. d. §. 3. Instit. d. 1.* Ratio 2. quia usufructuarius non debet causam usus fructus deteriore[m] reddere *l. si cuius 13. §. 4. ff. de usufr. l. 1. §. 3. ff. usufruct. quemadm. cav* Per impositionem autem servitutis fundus fit deterior. Servitus enim libertatem seu jus prædij servientis diminuit atq; extenuat. *l. de pupillo. 5. §. 9. in fin. ff. de nov. oper. nunc. l. stipulatio ista. 38. §. si quis fortè. 3. in fin. ff. de V. O. (b) d. l. sed si quid 15. §. fin. cum l. seq. ff. de usufr. l. si autem 2. ff. de nov. oper. nunciat. Pinell. l. 1. p. 2. n. 47. C. de bon. matern.* Sicuti enim factio fructuarij non debet damnum inferri proprietario: ita nec factio proprietarij noceri debet fructuario *d. l. 2. ff. nov. oper. nunc. l. fin. ff. de usu & habit. Don. Comm. lib. 10. c. 11. Harprecht. ad § 2. n. 130. & seq. Instit. de usufr.*

Positio XVIII.

Porro cum ad usufructuarium omnes omninò
nò

fructus & commoda pertineant, naturali ratione incommoda quoq; eundem sequuntur (a) Inter ea autem præcipua sunt, rem fructuariam tueri, & onera prædiorum sustinere. Tutio rei consistit præcipue in duobus, nempe 1. in curâ rei conservandæ, ne vel intereat vel deterior efficiatur. Tenetur enim usufructuarius tantam curam rei usufructuariæ adhibere, quantam diligens paterfamilias in rebus suis adhibet (b).

(a) Argum. l. 10. ff. de R. J. c. qui sentit. 55. eod. in 6. l. un. §. 4. C. de caduc. toll. (b) l. 1. & 2. ff. usufr. quemadm. cav. l. sed cum. 65. ff. de usufr. Hinc usufructuario incumbit, rem à foribus custodire argum. l. cum duobus §. 2. §. 3. ff. pro socio. à damno & injuriâ domesticorum defendere argum. d. l. sed cum 65. ff. de usufr. Et tandem præcavere, ne res ab alio usucapiatur, d. l. 1. in fin. & l. seq. ff. usufruct. quemadm. cav. Donell. lib. 10. Comp. c. 13.

Positio XIX.

2. In curâ rei reparandæ & restituendæ. Tenetur enim usufructuarius suis impensis reficere ædes fructuarias, easq; sartas tectas præstare (a) agrum rectè colere (b) vites subserere, aquæ ductus & fossas suo tēpore purgare (c) fundi; seminarium renovare (d) in locum demortuarum vitium & arborum alias substituere (e) animalia ægrota curare, & quantum fieri potest sanitati restituere (f) & in locum defunctorum capitum, vel inutilium alia submittere (g).

C

(a) l. usu-

(a) *l. usufructu. 7. §. 2. & §. seq. l. cum fructuarius. 64. & l. seq. ff. de usufr. l. eum quem. 7. C. eod.* Nisi impensæ magnæ fuerint. Nam modicæ saltem, quæ utilitatem præsentem & temporariam concernunt, usufructuario præstandæ incumbunt: magnæ verò, quæ perpetuam reicommoditatem respiciunt, ad proprietarium pertinent *d. l. usufr. 7. §. 3. ff. de usufruct. & d. l. 7. C. eod. l. fructus. 7. §. ult. ff. solut. matrim. l. vel si 3. §. 1. ff. de Impens. in res dotal. fact. l. damni, 18. §. 2. & l. inter. 20. ff. de damn. infect. Pinell. ad l. 1. p. 2. n. 72. C. de bon. matern. Gomef. tom. 2, var. resol. c. 15. n. 7. Harprecht. ad §. 2. n. 145. & seqq. Instit. de usufr.* Quæ autem modica vel magna dicatur impensa, iudicis arbitrio est committendum *Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cent. 3. cas. 215 Hartm. Pistor. lib. 1. q. 46. n. 38. & seq. Schneid. d. §. pen. n. 1. Instit. de usufr. (b) l. item si 9. in pr. & l. si cuius rei. 13. §. 2. vers. nam qui agrum. ff. de usufr.* Ex intempestiva enim culturâ ager fit deterior *l. si merces 25. §. 3. ff. locat. (c) d. l. si cuius rei 13. §. 2. i. ff. de usufr. (d) l. item si fundi 9. §. 6. ff. d. t. (e) l. usufruct. 7. §. 3. & l. agri. 18. ff. eod. §. 38. Instit. de rer. div.* Arbores tamen vi tempestatis non suâ culpâ everfas substituere usufructuarius non tenetur *l. arbores. 59. in pr. ff. d. t. (f) l. sicut 45. ff. h. t. l. in rebus 18. §. 2. ff. commodat. (g) l. vetus fuit. 68. §. fin. cum duabus ll. seqq. ff. de usufr. d. §. 38. Instit. d. t. Donell. lib. 10. Comm. c. 13.* Nisi non universitatis, veluti gregis armenti & Equitij, sed saltem singulorum capitum ususfructus sit constitutus. Nam hoc casu usufructuarius alia capita submittere non compellitur *l. quid ergò 70. §. 3. ff. de usufruct. Hilliger. in Dem. Enucl. lib. 10. c. 13. lit. F. Rauchb. p. 2. q. 29 n. 34.*

Positio XX.

Prædiorum verò onera, quæ usufructuarius subire cogitur, sunt verbi gratia stipendia, census, decimæ, tributa, vectigalia, collectæ & superindicta, **Schabungen und Steuern/** & alia onera realia, non modo consueta & ordinaria, sed etiam extraordi-

ordinem imposita (a) sive præterita sint (b) sive demùm post acquisitum usumfructum indicta (c).

(a) *l. usufructu. 7. §. hæcenus. l. si pendentes. 27. §. 3. l. arbores. 59. §. fin. ff. de usufr. l. neq. stipendium 13. in fin. ff. de impens. in res dotal. fact. l. quaro. 28. l. generali 33. §. fin. ff. de usufr. legat. l. Imp. 7. ff. de Publican. & vectigal. Hartm. Pist. l. 1. q. 46. n. 33. & seq. Excipitur 1. Nisi testator præstationem horum onerum imposuerit heredi, cuius rei probatio usufructuario incumbit *l. usufr. 52. ff. de usufr. 2* Nisi collecta imposita sit tanta, ut perceptioni fructuum ad æquetur, per *l. usufr. 7. §. 2. ff. d. t. Schneidevv. ad §. constituitur, & VVesenb. ibidem in notis ad illum. Instit. eod. (b) d. l. Imp. 7. ff. de Publican. & vectig. Ubi hæc ratio additur: quia in vectigalibus seu tributis ipsa potius prædia, quam personæ conveniuntur. *l. cum possessor. 5. §. fin. ibi: ob tributa præteriti temporis ff. de c. n. sibus. P. nell. in l. 1. p. 2. n. 72. c. de bon. matern. Treutl. vol. 1. disp. 16 th. 13. lit. c. (c) d. l. quaro 28. ff. de usufr. legat. ubi Br. & Finell. d. loco.***

Positio XXI.

Ad solvendum tamen æs alienum à testatore conflatum, & præstanda legata usufructuarius etiam omnium bonorum non tenetur (a) Nisi legata fuerint annua (b).

(a) per *l. ult. in fin. ff. de usufr. leg. l. usufructu. 69. ff. ad L. Falcid. l. 1. §. 16. ff. ad Sctm. Trebell. l. fin. §. 4. C. de bon. quæ liber. Ratio 1. est: quia actio personalis, quæ æris alieni & legatorum nomine competit, datur saltem adversus successorem unive. salem, heredem nempe, non verò singularem *l. ult. in fin. ff. de contrah. Emt. d. l. 1. §. 16. ff. ad Sctm. Trebell. Ratio 2. quia onera hereditaria & legata ab herede sunt solvenda *l. 1. C. si certum petat. l. 2. & l. fin. C. de heredit. act. l. 1. & 2. C. de heredit. vel act. vend. l. legat. 33. ff. de leg. 2. usufructuarius autem heres, vel successor universalis non est, Gail. libr. 2. observ. 146. Fachin.***



lib. 4. contr. c. 19. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 10. & q. 46 n. 19. & seqq. Goedd. ad l. bonorum. 49. n. 12. & ad l. venisse 165. in fin. ff. de V. S. Dn. Arum. Exercit. Justin. 5. th. 21. Gerhardt. decad. 5. q. 9. Aes tamen illud alienum ex bonis defuncti heredi deducere licet d. l. ult. ff. de usufruct. legat. l. si usufr. 69. ff. ad L. Falcid. In reliquis ergo solummodo manebit usufructus Bona enim dicuntur, quae deducto aere alieno super sunt d. l. 39. §. 1. ubi Goedd. ff. de V. S. l. mulier. 72. ff. de Jur. dot. Hartm. Pistor. d. q. 10. & q. 46 n. 2. & seqq. Goedd. ad d. l. 49. n. 12. ff. de V. S. (b) Haec namque ab usufructuario omnium bonorum ex rebus usufructus praestanda sunt. per l. fin. §. 4. vers. sin autem legata C. de bon. quae liber Gail. d. lib. 2. obs. 146. n. fin. Hartm. Pistor. d. q. 10. n. 4. & Harprecht. in §. constituitur. 2. n. 167. & seqq. Instit. de usufr.

Positio XXII.

Usufructuarius autem num rem fructuariam jure usufructus verè possideat, graviter inter Dd. controversatur? Nos negantibus palmam damus (a) quanquam jus utendi fruendi, seu usufructum, ab illo civiliter possideri vel quasi, affirmare non dubitamus (b)

(a) l. sciendum. 15. §. 1. vers. eum verò ff. qui sat. d. cog. l. celsus. 5. §. 1. ff. ad exhibend. l. 10. §. fin. ubi Gothofr. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. 8. & l. pen. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. certè 6. §. 2. ff. de precar. §. de iis autem 4. vers. fructuarius Instit. per quas person. cuiq. acquir. Cujac. lib. 9. obs. 33. & lib. 18. c. 24. Borcholt. in tr. feud. c. 8. n. 65. & in comm. ad tit. ff. de acquir. poss. c. 6. n. 33. Dn. praec. Fomannus in praelect. public. ad tit. Cod. ubi de poss. agi oport. q. 4. Dissentiant Dd. communiter, Menoch. de recuper. poss. remed. 1. n. 2. Gail. de pignorat. obs. 6 n. 5. & 7. Unde nec etià usucapere rem fructuariam poterit usufructuarius d. §. 4. vers. fructuaria jus. Instit. per quas pers. cuiq. acquir. & d. l. 10. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. l. neg. 7. C. de usufr. Usucapio quippe sine possessione non procedit, l. 25. ff. de usucap. c. 3. de R. J. in 6. l. un. C. de usucap. transform. Harprecht. ad §. constituitur. 2. n. 22. & seqq. Instit. de usufr. (b) d. l. 10. §. fin. ubi Don. Gothofr. ff. de

ff. de acquir. rer. dom. & d. § 4. Instit. d. 1. l. quod est 3. §. 17. ff. de vi & vi arm. Unde non tantum præscribi potest jus illud utendi fruendi, l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp. Verum etiam interdicta possessoria usufructuario conceduntur. l. ult. ff. uti possid. d. l. 3. §. 13. & § §. seqq. ff. de vi & vi arm.

Positio XXIII.

Ad ipsum autem jus utendi fruendi vindicandum & asserendum usufructuario actio confessoria competat (a) cui contraria est actio negatoria, quæ contra usufructuarium datur Domino pro prædij libertate à servitute asserendâ (b).

(a) tot. tit. ff. si usufructus. pet. l. 2. ff. si serv. vindic. §. æquè ubi Theophilus & alij Instit. de Act. Datur autem hujusmodi actio non tantum adversus eum, qui rem fructuaria iam possidendo, fructuum perceptioni obstat: verum etiam contra illum, qui usufructuarium possidentem vel quasi, quò minus re fructuaria liberè uti frui possit, turbat & impedit, l. uti frui. §. 1. & §. fin. ff. si usufruct. pet. Don. lib. 10. Comm. c. 11. & c. 12. Harprecht. in §. constituitur. 2. n. 127. & seqq. Inst. de usufr. Wesenb. in part. n. 3. ff. si usufructus pet. Treutl. vol. 1. disp. 16. th. 7. lit. b. (b) d. l. 5. in pr. ff. d. t. ubi Wesenb. in par. n. 6. l. 2. ff. si serv. vindic.

Positio XXIV.

Ne tamen in universum inutiles essent proprietates, placuit certis modis usumfructum extinguere, & ad proprietarium reverti (a) Finitur autem & amittitur usufructus vel ex personâ usufructuarij (b) vel ex re fructuaria usui subtracta (c) aut ex usufructus cum proprietate conjunctione (d) aut deniq; lege vel conventionione (e)

C 3

(a) b.

(a) *l. omnium 3. §. 2 ff. de usufruct. §. 1. Instit. eod.* (b) Et quidem vel ejusdem morte, vel utendi negligentia. Morte quidem vel naturali vel civili. De morte naturali sunt textus in *l. sicut 3. §. fin. ff. quib. mod. ususfr. am. l. in singulos 8. ff. de ann. legat. l. si quis usumfructum 29. de usufruct. legat. l. si patri 3. l. si domina. 10. l. ambiguitatem. 12. & l. corruptionem. 16. C. de usufru. §. finitur Instit. eod.* Ususfructus enim est jus personæ coherens *d. l. 3. §. fin. ff. quibus mod. ususfruct. am.* Ac proinde unâ cum personâ extinguitur, sicut i reliqua personalia omnia *l. 1. in fin. de constit. princ. l. maritum. 12. cum l. seq. ff. solut. matrim. l. ex pluribus 24. ff. de Administr. tut. l. non solum 8. §. 3. ff. de liberat. legat. l. 1. §. 43 ff. de aq. quotid.* Nisi tamen in ipsâ usufructus constitutione vel testator exprimat, vel partes inter se conveniant, ut ad heredes quoq; jus illud utendi fruendi transeat. Quod tamen jus ad primos saltem, non verò ad posteriores heredes producitur *l. antiquitas 14. ubi communiter Dd. C. de usufr. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 15. n. 20. Schneid. §. fin. Instit. de usufr.* Morte civili amittitur usufructus, si maximam vel mediam capitis diminutionem usufructuarius patiat. *l. corruptionem. 16. C. de usufr. §. finitur. 3. Instit. eod. & §.* Ecce enim *1. Instit. de acquisit. per arrogat.* Quamquam olim etiam minimâ capitis diminutione extinguebatur *l. 1. & l. sicuti 3. ff. quibus mod. ususfr. am. l. licet. 23. & l. si quis usumfructum 29. ff. de usufr. Paul. lib. 3. recept. sentent. tit. 6. vers. capitis diminutio.* Hinc etiam usumfructum perdunt in bannum Imperij denunciati & declarati. Non tantùm enim amittunt civitatem Romanam, ut deportati *§. 1. Instit. quib. jus patr. por. solv. §. 2. Instit. de capit. dimin.* Sed etiam sunt ferè deterioris conditionis, quam illi, *Gail. lib. 2. de pac. public. c. 1. n. 24. & 6. n. 12. Idem lib. 2. obs. 86. num. 10.* Negligentia utendi amittitur usufructus tribus modis: 1. Si usufructuarius in totum non utatur re fructuariâ nequè per se *l. corruptionem 16. C. de usufruct.* nequè per alium *l. non utitur 38. ff. eod. 2.* Si non utatur per modum constitutum seu conventum *§. finitur 3. Instit. de usufructu. l. communem 10. §. 1. & l. seq. ff. quemadmodum. Servit. am. l. 2. ff. de aq. quotid. & estiv. 3.* Si non utatur per tempus à lege definitum, veluti usufructu rei mobilis triennio, & rei immobilis decennio inter præsentem, & vicennio inter absentes *l. 13. & l. fin. C. de serv. & aq.*

& aq. §. finitur. *Instit. de usufructu.* (c) Id quod contingit tribus modis 1. Interit u totius rei usufructuariae §. finitur vers. eò amplius *Instit. de usufructu.* Sublato enim corpore, in quo usufructus consistit, & ipsum usumfructum extinguere necesse est. *l. 2. ff. de usufr. 2.* Mutatione rei, quando nempe res fructuaria in aliam speciem & formam, & in aliud nomen transit. *l. repeti. §. 2. cum aliquot. ll. seqq. quib. mod. usufr. am. ubi Vvesenb. in par. n. 4. Jul. Paul. lib. 3. recept. sentent. tit. 6. §. rei mutatione 3. 3.* Hostili occupatione. Si tamen res usufructuaria ab hostibus captà & occupata, fuerit redempta, Ususfructus jure postliminij restituitur. *l. si ager. 26. ff. quibus mod. usufruct. am. postliminij 19. ff. de capt. & postlim. rev. 5. Instit. quibus mod. jus. patr. pot. solv.* (d) Et hoc duobus fit modis 1. Si usufructuarius acquisiverit proprietatem rei. *l. 17. & l. si servus. 27. ff. quibus mod. usufr. am. l. si fructuarius. 4. ff. usufruct. quemadm. cav. §. finitur Instit. de usufr.* Quæ res interdum vocatur consolidatio, d. §. finitur ubi Theoph. *Instit. de usufr. l. 3. §. fin. de usufr. accresc.* Interdum verò confusio: quia hoc modo usufructus cum proprietate confunditur *d. l. 4. ff. usufr. quemadm. cav. d. l. si servus 27. ff. quibus modis usufruct. am. l. 1. ff. quemadmodum servit. am. 2.* Si usufructuarius jus suum totum domino proprietatis cedat. atq; ita illud à se planè abdicet, d. §. finitur, *Instit. d. t. l. 66 de Jur. dot. l. 1. circ. pr. vers. sin autem usufructuarius C. Comm. de manumis.* Et ratio est: quia res, sua nemini potest servire *l. 26. ff. de S. P. U. & per alia jura supra in posit. 2. sub lit. b. adducta.* Cæterum si extraneo, hoc est, qui proprietatem non habet, usufructus cedatur, nihil agitur, id est, cessio ista nullius est momenti, sed prosus in utilis textus in jam dictis *ll.* Ratio 1. est: quia usufructus est servitus, quæ personæ ipsius fructuarij cohæret, & cum ea simul extinguitur *l. 1. ff. de servit. l. 3. §. fin. ff. quibus mod. usufructu. am.* Ratio 2. est: Quia personalia regulariter cedi nequeunt. *l. ex pluribus 24. ff. de admin. tut. & per alia jura supra in hac posit. sub lit. b. adducta.* (e) Si nempe tempus aut conditio, sub quâ usufructus est relictus, existat. *l. 16. §. 2. ff. famil. Erisc. l. 3. l. 12. & l. 14. C. de usufruct. Schneideyv. in §. fin. n. 6. Instit. de usufruct.*

Positio

Positio XXV.

Hinc non incongruè quæritur; An mulier, cui à marito sub conditione, donec castè & honestè vivat, relictus est usufructus, eundem amittat? Nos negativam, veritati magis consonam, tuebimur.

Ratio 1. est: quia mulier usufructuaria bonorum mariti, licèt ad secundas nuptias festinet, usufructum non perdit *l. femina. 3. & authenticis seqq. C. de secund. nupt.* Ratio 2. Quia mulier ad secunda vota properans, inhonestè vivere non dicitur *l. 2. C. de Indict. viduit. toll. En. in l. mulier. 22. §. 4. n. 5. ff. ad Sctm Trebell.* Sicuti nec legatū conditionale à marito relictum efficit, ut usufructum amittat, puta si uxor castè & modestè vixerit, nisi simul adjectum fuerit, si in viduitate permanserit *Gail. lib. 2. obs. 98. n. pen. & ult. Myns. cent. 5. obs. 24.*

Positio XXVI.

Cæterum verus usufructus multis modis differt à quasi usufructu. Hic enim 1. ex Scto constituitur in solâ ultimâ voluntate (a) 2. dominium rei fructuariæ ad fructuarium post constitutum quasi usufructum transfertur. (b) Cautio nomine huius usufructus præstanda, est de substantiâ istius usufructus (c) duobus tantum modis extinguitur hic quasi usufructus, morte nempe naturali, & capitis diminutione (d)

(a) *tot. iit. ff. de usufr. ear. rer. l. 1. de usufr. legat. l. usufr. 69. ff. ad L. Falcid. l. 1. & passim C. de usufr. §. constituitur. instit. eod.* Dissentit Dn. Arum. Exercit. Justin. 5. th. 17. (b) *d. §. 2. Instit. d. t. l. si vini 7. & l. ult. ff. de usufr. ear. rer. & c. (c) l. sed de pecunia 2. in pr. ibi: rectè caveri oportet, & c. & §. sin ibi. remedio introducto caput quasi usufructus haberi ff. de usufr. ear. rer. l. si pecunia 6. §. ibi, quia nisi satis detur,*
agi

agi cum herede non poterit ff. ut in possess. legat. Gaill lib. 2. obs. 46. n. 3. Don. lib. 10. Comm. c. 4. ibiq; Hilliger in notis ad lit. E. Haenon. disp. 5. th. 19. Niell. disput. feud. 3. th. 6. lit. d. Dn. Arum. Exercit. Justin. 5. th. 20. Diss. Pinell. ad l. p. 2. n. 78. C. de bon. matern. Fachin. lib. 8. controu. iur. c. 43. Giphon. ad §. constituitur. 2. in verbis utiliter caveatur Instit. de usufr. Hinc ergo fit, quod cautio hæc non possit ab herede remitti, facit textus in §. 2. ubi vult. v. 6. Instit. de usufr. & l. 2. in. f. ff. de usufruct. ear. rer. que usu cons. Multo minus a testatore l. 1. & l. 2. ubi Gothofr. C. de usufruct. Pinell. ad l. 1. p. 2. n. 76. C. de bon. matern. Fachin. d. lib. 8. cap. 42. Præstatur autem cautio ista de restituendâ re, non quidem in specie, sicuti in cautione usufructus proprii, sed in genere, & quidem in eadem qualitate, vel æstimatione, quæ erat tempore usufructus concessi §. 2. Instit. de usufr. l. 2. l. si tibi 6. cum. l. seq. l. 9. ff. de usufr. ear. rer. que us. cons. l. & si usufructus. 7. §. 1. ff. usufruct. quemadm. cav. l. 1. §. 17. ff. ut legat. & fideic. caus. cav. (d) d. §. 2. ibi: si morietur, aut capite minuatur. Instit. d. tit. l. si vini 7. l. 9. cum l. seq. ff. de usufr. ear. rer. que us. cons. l. 7. §. 1. ff. usufr. quemadm. cav. Effectus itaq; extincti usufructus est, ut pleno jure ad dominum proprietatis redeat, §. fin. Instit. de usufruct. Nisi plures sint usufructuarij. Tunc enim locus est juri accrescendi l. 1. ff. de usufruct. accresc. Harprecht ad §. finitur n. 46. Instit. de usufruct.

Corollarium I.

Casus ponitur talis: Incendium in ædibus locatoris est excitatum, & propterea conductor coram iudice competente est conventus, quæstionis est, cui onus probandi incumbat, locatorine nùm conductori?

Licet de hac nodosâ tristi ac luctuosâ quæst. quæ nō rarò contingere solet, Dd. variè sentiāt & inter se disceptēt, nos tamē opinioniorum, qui statuunt, locatori, injungendam esse probationē, quòd incendium culpâ conductoris inhabitantis sit exortum, ad stipulamur, eandemq; ambabus ulnis amplectimur, moti hisce rationibus 1. quia regulariter necessitas probandi auctori incumbit

D

bit

bit §. 4. *Instit. de legat. l. 21 ff. de probat.* Et auctore non probante, reus absolvi debet *l. 2. ff. de probat. l. 4. C. de extend. 2.* Quia conductor de larâ & levi culpâ, non autem de levissima, multò minùs casu fortuito tenetur *l. si, ut certo loco. §. 2. ff. commod. l. contractus. 23. in f. ff. de R. J. l. in iudicio 28. C. locat. l. item queritur. 13. §. 7. & §. 8. l. si merces 25. §. 4. l. qui insulam. 30. §. 1. & 2. ff. eod. & §. pen. instit. d. tit. Incendium autem non probatâ culpâ certi hominis, regulariter inter casus fortuitos connumeratur, *d. l. 23. in f. ff. de R. J. l. si ut certo loco. §. 4. & l. in rebus. 18. in pr. ff. Commod. l. 1. §. 4. ff. de O. & A. l. pen. ff. de incend. ruin. naufrag. gl. in l. 11. C. si certum petat. qui regulariter nemini imputantur. l. ex conducto 15. §. 2. ff. locat. l. 6. C. de pignor. act. l. non utiq. 2. §. 7. ff. de admin. rer. ad civ. pertin. Gail. 2. obs. 21. n. 2. & obs. 22. n. 3. Myns cent. 6. obs. 88. n. 8. Rauchb. p. 2 qq. 10. n. 4. & n. 51. Dn. Berlich p. 4. conclus. 25. n. 84. Mascard. lib. 2. concl. 894. de probat. Dn. Arum. Exerc. Justin. 17. th. 14. Lancell. de offic. prætor in caus. criminalib. de incendiar. n. 15. Sandir. lib. 2. art. 38. & 57. cum gl. VVeichb. art. 122. & seq. cum gl. Coler. decis. 86. n. 4. & seq. Diss. Fachin. lib. 1. contr. jur. c. 87. De incendio ergò conductor non tenetur, nisi culpâ ejus illud factum esse probetur: nam culpa cum sit facti non præsumitur, sed probari debet *l. 18 ff. de probat. 3.* Quia inhabitantis vigilantia & diligens circûspectio vicinis potissimum cognita, cum ab omni culpæ suspitione & diligentia probatione liberat, cum nemo præsumatur immemor propriæ salutis res suas dilapidare & comburere velle *Rauchb. d. q. 10. n. 52. 4.* Quia tantum ab est, ut incendium videlicet ignis sit prohibitus & improbat, cum sit unum ex quatuor Elementis, sine quib. nemo vivere potest: Quando autem quid facio ex genere permissorum, pro me militat præsumtio, quæ transfert onus probandi in adversarium *arg. l. 28. §. 2. ff. Ex quibus. caus. major. Dn. Arum. d. Exercit. Justin. 17. th. 14.* Et secundum hanc sententiam, quæ summa æquitare nititur, in Scabinatu Jenensi & Hallensi Dn. Virgil. Pingizer decis. 24. item VVitebergensi Dicasterio *Rauchb. d. q. 10. n. 68.* pronunciari attestantur.**

Corollarium II.

Ponitur alius casus: Pater decedens reliquit duos filios Mævium & Seium. Cùm Mævius major natus fu-

tu filius sexennium in Academijs vixerit, & pater sumtus ad studia necessarios ei suppeditaverit, mortuo patre, alter quoq; filius, dum se ad uberio- rem Ingenij cultum in Academiam contulit, cupit, ut etiam sibi sumtus studiorum ex communi paterna hereditate darentur, quæritur quid juris, an defuncto patre fratri studioso Seio minori natu ex communibus bonis ad perficienda studia sumtus subministrari debeant. ?

Negatur per l. & si filium. 15. & l. & qui 3. §. fin. ff. de muner. & honor. Schneid. ad §. 20. n. 53. & seqq. Instit. de Act. Sichard. ad l. 18. n. 12. C. famil. Ericisc. Secundum quos in Scabinatu Jenensi 16. Jan. Anno 1607. pronunciatum fuisse docet Dn. præc. Fomannus in prælect. public. ad l. 29. q. 3. C. de inoffic. testam. Nisi tamen fratres paterna bona indivisa retinuerint & societatem omnium bonorum contraxerint arg. l. si societatem. 73. §. idem. i. l. cum duobus. 52. §. fin. ff. pro soc. Menoch. 2. arbitr. jud. quest. cent. 3. cas. 127.

F I N I S.



Leipzig, Diss., 1593/1613

ULB Halle

3

004 954 793



V17







B.I.G.

Farbkarte #13

sanctae Trinitatis. P. C. 19.

JURIDICA
Pri. 8. num. 18.

ICTU, *18*

*magnifici Dn. Ordinarij
idica in celeberrimi
siensi. 1618, 2*

NTE
issimo Viro,

CURTIO,
*professore Publico ac
longè dignissimo
re suo ætatem*

onabitur
MSTENGELL
*icus,
à 7. matutinâ in
ditorio.*

Æ
TIUS COBER,
8.

